



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1857**

CCXII. Elisabeth, Gottfrieds von der Biese Wittwe, vergleicht sich vor dem  
Rathe zu Salzwedel wegen gewisser Schuldforderungen, am 5. Oktober  
1369.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54909](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54909)

CCXI. Markgraf Otto verzeiget dem heil. Geist-Kloster vor Salzwedel Gebungen aus Stappenbeck und Niebau, am 23. März 1369.

Nouerint uniuersi tenorem presentium inspecturi, Quod nos Otto, dei gratia Brandenburgensis Marchio — ad instantiam et deuotam requisitionem strenuorum Wernheri et Henrici, fratrum de Schulenborch, nostrorum fidelium dilectorum, matura deliberatione prehabita, appropriauimus et solempniter per presentes appropriamus honorabilibus et religiosis uiris preposito totique capitulo Canonicorum regularium monasterii S. Spiritus extra muros civitatis nostre Soltwedele, Verdenensis diocesis, tres choros filiginis reddituum annuorum uidelicet in villa Stappenbeke de mansis et curia, quos nunc colit et inhabitat Heyne Schernekoue, I chorum filiginis, de mansis et curia Heyne Thurize dimidium chorum filiginis et de mansis et curia Theodorici Schernekoue dimidium chorum filiginis, in villa Ryboue de mansis et curia Kleynemanns dimidium chorum filiginis et ibidem de mansis et curia Bockholtes dimidium chorum filiginis annis singulis deriuari et solui debitos et consuetos, cum omnibus iuribus, commodis, honoribus et pertinentiis uniuersis, quibus dicti Wernherus et Henricus a nobis in pheidum tenuerunt et hactenus possederunt, supremo iudicio duntaxat excepto, exnunc in antea perpetuis temporibus ad usum et utilitatem prepositi capituli et monasterii predictorum iusto proprietatis titulo pacifice et quiete absque impedimento quorumlibet pertinendos. Renunciantes pro nobis, heredibus et successoribus nostris omni iuri, actioni seu impetitioni, quod vel que nobis in predictis bonis competit aut competere poterit quomodolibet in futurum. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus appendendum. Presentibus reuerendo in Christo patre domino Theoderico Brandenb. ecclesie episcopo, nobili Alberto Comite de Lindou, Venerando Hermanno de Werberg, generali Magistro ordinis S. Johannis, ac strenuis Lippoldo de Bredou, Marscalco nostro milite, Nicolao de Bismarck, curie nostre magistro, Günzelino de Bartensleue, Gebhardo de Aluensleuen seniori, honorabili Rudolfo preposito Stendaliensi, prothonotario nostro dilecto, cum ceteris pluribus fide dignis. Datum Havelberg, anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo nono, feria secunda proxima post dominicam palmarum.

Sachsen's Diplom. I, 350—352. — Fehlerhaft Cod. V, 344 abgedruckt.

CCXII. Elisabeth, Gottfrieds von der Biese Wittwe, vergleicht sich vor dem Rathe zu Salzwedel wegen gewisser Schuldforderungen, am 5. Oktober 1369.

Nos vricze de krychendorp, henninghus bysendal, hermanus Bekendorp, Ermbertus, Coppekinus bunowe, Conradus de bysa, Johannes buman, Thydericus bolc, Colsvn et Thidericus de ietze, Consules noue ciuitatis Soltwedel, recognoscimus et tenore presencium publice protestamur, Quod honesta domina elizabet, relicta gotfridi de bysa pie memorie, et thidericus pistor in nostra presencia constituti taliter placitarunt, quod ipse thydericus dictus pistor decem marcas brandenburgensis argenti, quas ipse dicte domine elizabeth de iustis debitis et solutione sue domus pro nunc soluere debuit, eas autem non soluendo, arbitratus est autem dictam

pecuniam scribi sibi supra domum suam liberam et non prius per censum grauam et pro dictis decem marcis singulis annis duo talenta denariorum secundum consuetudinem et arbitrium ciuitatis volens erogare, et hoc tali condicione adiecta, quod si predicta elizabet quinque marcas ex ipsis decem marcis reuocare voluerit, ut ipse thidericus dictus uel alias alius possessor domus predictae solucionem dictarum marcarum facere voluerit, Tunc alter alteri vnum quartale anni ante resignabit. Sed aliud talentum denariorum de aliis quinque marcis brand. argenti per ipsam heylewich, filiam gotfridi de byfa dicti, monialem in arntze, singulis annis ad vite sue tempora dumtaxat erit subleuandum, Ita ut per ipsum Thidericum uel suos posteros de domo dicta non soluentur, quam diu dicta monialis vixerit; sed post decessum dicte monialis Thidericus sepedictus uel sui heredes uel dicte domus possessores habebunt plenam potestatem resignandi ipsi elizabet uel suis heredibus dictas quinque marcas et soluendi modo vero dicto ad quam uel quos dicta pecunia sicut tunc deuoluta. Datum Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. LXIX<sup>o</sup>., quinto die mensis octobris, nostre noue ciuitatis sub Secreto.

Nach dem Originale im Stadt-Archive zu Salzwedel, Fach 7, No. 27.

CCXIII. Markgraf Otto verleiht den Hufnern und Kossäten des Dorfes Ribbau die Holzungs-gerechtigkeit, am 3. November 1369.

Wy Otte, van goddes Gnaden Marggrave tho Brandenborch etc., bekennen und betugen in dusssem breve, dat wie vor uns und unse Erven hebben erlovet und macht gegheuen und erlaven und gheuen Macht in dussen breve den Buren tho Rybow, houneren und kotteteren, dat se und ein jewelck mogen ewichlicken holthauwen tho notdorft und tor behuff orer suringe und tunen, und ock anders tho orer nuth uth unsen holte, dat darby demsuluen dorpe tho Rybow liet, und ock dat se mogen up demsuluen Holte houen . . . tho Notdorft und Behoff orer Buwe, wann und wo dicke ohnen des nott is, und wat se rethts van Olders gehat hebben in dem suluen holdte, dat schollen se beholden und schollen darmede nicht gekrencket sien, und wy, noch unse Eruen, noch unse Vogede scholen se dar nicht umme hindern. Vnd hebben des tho mehrer Orkunde demsuligen Buren to Ribou gegeuen dessen breef, besegelt mit unsen anhangenden Ingesegel. Desser Ding tuge synt der ewerdige Vader in God, Her Titerich, Bischof tho Brandenborch, und de vellen Lude Hans van Roehow, Ritter, Claus van Bismarck, unse Hofemester, Otto Morner und ander erbar Lude genuch. Ghegeuen tho Soltwedel, na Goddes Gebort Dufent Jar, drehundert Jar, darna in dem negen und festigen Jare, an den nehesten sonavende na omnium sanctorum.

Nach Henz Bf. Urk. 971 und Gercken's Fragm. V, 83.

CCXIV. Markgraf Otto gestattet der Neustadt Salzwedel sich ein Rathhaus, Gewandhaus und Kaufhaus, wie die Altstadt besitzt, in einem Gebäude zu errichten, am 29. Januar 1370.

Wir Otte, von gotis gnaden marggrauue zu Brandenburg, Bekennen offenlich mit diesen bryue, Daz wir habin irloubet vnd gignstet vnd irlouben vnd gunnen ouch mit diesen bryue